te pimens vampire elati siquidem cogitacione pulsatus si ex culpa maciam et
omissione sumus humiliati quoniam in humilius demersi et abiectius tamquam de
superbo hoste sentias de ipso goliam gerere gladio perimisti ‖ Sermo de ewan
gelio lecto ubi triduo sustinens dominum scriptum est post pentecosten infra sermo xxiiij.

Misereor super turbam quia iam triduo sustinent me nec habent quod man
ducent. Euangelium fratres ob hoc scriptum est ut legatur nec ob aliud le
gitur quam ut comparabilem consolacionem vel desolacionem exinde impendamus est
enim secularibus consolacio vana de terrenorum affluencia rerum. Vana nichilominus de
carnis penuria desolacio. At euangelium speculum veritatis neminem blanditur
nullum seducit talem se ibi quisque reperiet qualis fuerit ut nec ibi timore
trepidet ubi non est timor nec letetur cum malefecerit. Sed quid dicit scriptura.
Si quis auditor est verbi et non factor hic comparabitur viro consideranti vultum na
tivitatis sue in speculo. Consideravit enim se et abiit et statim oblitus est qualis
fuerit. Nos autem fratres non sic. Obsecro non sic sed consideremus nosmetipsos in ea
quam audiuimus sacri euangelii leccione ut proficiamus ex ea et corriga
mus statim eciam si qua in nobis deprehenderimus corrigenda. Propter hoc enim optat
propheta dirigi vias ad custodiendas iustificaciones domini. Tunc inquiens non con
fundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Et ego quidem non confundor sed glo
rior pro vobis fratres mei quia salvatorem in deserto secuti estis consistis ad eum
expectantes. Sed vereor ne quis forte in triduana expectacione pusillanimis
inveniatur et in egyptum soli huius nec spiritu vel eciam et corpore deficiat. Merito pro
inde clamat divina scriptura et dicit Expecta dominum viriliter age et confor
tetur cor tuum et sustine dominum. Sed quamdiu necesse est sustinere. Prorsus donec
misereatur tui. Queris quando misereatur. Misereor inquit super turbam quia
iam triduo sustinent me. Verum enim fratres dixi necesse est esse in solitudine
si gratum deo volueris offerre sacrificium et triduo sustinens salvatorem si
mirificis panibus desideras saciari. Primus est dies timoris dies ingressus de
clarans et illuminans tenebras tuas interiores. Sed et horrendum ... supple
cium demonstrans in quo sunt tenebre exteriores. Huiusmodi siquidem cogitacionem si
cut ipsi nostis in principio solet excitare primordia conversionis. Secunda est pietatis
qua respiramus in lumine miseracionum dei. Tercia dies est racionis in qua veri
tas innotescit ut tamquam ex debito quodam nature sue alia considerantem crea
tori subiectam sit cuius servus sanguinis redemptoris. Ex hinc iam iubemur
distribuere ut omnibus ordinet in nobis. Ex hinc aperit dominus manum suam et im
plet omne animal benediccione. Verum quia apostolus dicit Facite hodie distribue quod
nos licet ad confusionem vestram habens verumtamen qualescumque distribue vos aliquo
nemo fratres tamen ut in referti panibus benediccionis subsistere possitis in via ne for
te miseria nimirum compulsi descendatis et vos in egyptum et reputemini resilire ille
dere qui nec vobiscum in deserto secuti sunt salvatorem. Miseri sane et ipsi qui
non exierunt cum exeuntibus sed plane miserabiliores omnibus hiis qui profecti
quidem cum aliis sed non cum aliis sunt referti panibus. Si qui fuerit qui distribui
bus aliis post diuicias seu diuersoria quos abscondit latitare homines huiusmodi

ieiunos variosque remansisse quis nesciat? Sic eos nichilominus qui levitate
et curiositate ducti circumquaque vagantes minime resident. Aut qui sedent
quidem sed non in ordine nec in numero certo. Hortamur proinde in
caritate veritatis et pastorali sollicitudine admonemus ne quis ex vobis demonum
atque angelorum amare sectari latebras querere diverticula quoniam qui male agit odit
lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius. Sed nec inveniatur in
vobis qui circumferantur omni vento doctrine instabiles et inquieti nichil in se soli-
ditatis nichil gravitatis habentes tamquam pulvis quem proicit ventus a facie
terre. Nam de hiis quid dicam quorum manus contra omnes et manus omnium contra ipsos?
Hii sunt qui segregant semetipsos animales spiritum non habentes quoniam nemo in spiritu lo-
quens dicit anathema Ihesu. Nequissima plane et perniciosissima pestis que uni-
versos unius obstinatio turbat et fit omnibus discordie fomes materia scan-
dalorum. Denique prophetam audi qui de vinea Domini loquens: Singularis, inquit,
ferus depastus est eam. Pro huiusmodi rogo et obsecro vos fratres mei fugite simul
latebras demonum et angelorum propter voluntates, fugite inquietudinem et spiritum levi-
tatis, fugite obstinationem et nequissimum vitium singularitatis, nisi forte quod
absit fraudare vultis animas vestras panis edulio benedicti. Iam vero ne longius pro-
traham vos, septem panes quibus reficiamini isti sunt. Primus panis verbum Dei in
quo vita hominis est sicut ipse testatur. Secundus panis obedientia est. Quoniam meus ci-
bus est, inquit, ut faciam voluntatem eius qui misit me. Tertius panis est meditatio sancta
de qua scriptum est: Cogitatio sancta servabit te. Et ipse alio in loco nominatur panis
vite et intellectus. Quartus panis orationum lacrime. Quintus vero labor penitentie.
Nec mireris quod laborem aut lacrimas panem dixerim, nisi forte excidit tibi
quod in propheta legisti: Cibabis nos pane lacrimarum. Et item in alio psalmo: Labores,
inquit, manuum tuarum quia manducabis, beatus es et bene tibi erit. Sextus panis
est iocunda unanimitas socialis, panis ex diversis granis confectus, fermen-
tatus utique sapientia Dei. Porro septimus panis est eucharistia, quoniam, inquit, pa-
nis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Sermo de septem
misericordiis. Sermo xxiiii.

Misericordias Domini in eternum cantabo. Ut quid enim michi insipiens ne-
scio que cogitatio de perpetuitate huius orationis murmurat ut aggravet
illud super cervicem meam? Aliud omnino sentio suaviter quidem sed uti-
que multo magis. Sic enim circuit me miserationibus suis Deus, sic gratia includit,
sic obruit beneficiis suis ut omnino aliud sentire non possim. Quid enim retribuam
Domino pro omnibus que retribuit michi? Tanta tribuit et tanta retribuit et tu
michi de alio orationis loqueris? Defecit spiritus meus, prorsus defecit in tantorum be-
neficiorum consideratione. Et licet dignas non sufficiam gratias agere, sed ingratitu-
dinem prorsus odit anima mea. Peremptoria siquidem res est ingratitudo, hostis
anime, inimica salutis. Dico ego vobis quoniam pro meo sapere nichil ita displicet
Deo presertim in filiis gratie in hominibus conversionis quemadmodum ingratitudo. Viam e-
nim obstruit gratie, et ubi fuerit illa iam gratie accessus non invenit locum, non
habet. Hinc michi fit tristitia magna et dolor continuus est cordi meo quod

q. llo. gre. ingratitudine